pristinos syncellitas: et in
cellulis suis quam in extre
ma horti parte construx
erat honoratis et hospi
tio; ubi cum secutus ardua
atque praecelsa cuidam
fratri monasterii regu
lam subeunti: coram
omnibus insinuasset fratri
bus praecepta tradidis
set: quae in quarto ut prae
diximus institutionum
libro quanta potui bre
vitate complexus sum:
tam incomprehensibilia
nobis tamque mirifica
verae abrenuntiationis
culmina videbantur:
ut nullo modo illuc humi
litatem nostram crederemus
posse conscendere; Igitur
desperatione deiecti:
et ipso etiam vultu inti
mam cogitationum
amaritudinem non ce
lantes: ad beatum senem
satis anxie mente re
currimus; cui protinus
causam tantae maestitudi
nis inquirenti: abba Ger
manus graviter inge
mescens ita respondit.

Quanto longe magni
ficentior atque
sublimior in cog
nitione nobis sermo doctri
nae vestrae arduum praecel
sissimae renuntiationis
aperuit: et quasi remota
oculorum nostrorum caligi
ne conditum caelo eius cul
men ostendit: tanto ma
iore desperationis mole
deprimimur; Inmensi
tatem siquidem eius cum
exiguitate nostrarum viri
um metientes: et nimiae
abiectionem ignaviae nostrae
cum infinita virtutis
ostensae celsitudine con
ferentes: parvitatem nostram
non solum ad illa non pos
se proficere: verum etiam
ab eo quod est deficere per
sentimus; ac pondere
ribus nimiae desperationis